Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31632
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



tuo altissime. Adnunciandū mane misericordiam tuā. & fidē tuā in nocte. In decachordo & psalterio. in cantico in cythara. Quia delectasti me dne in factura tua. in operibus manuū tuārū laudabo. Quā magnificata sūt opera tua dne nimis profunde facte sūt cogitationes tue. Vir insipiens non cognoscet. & stultus non intelliget istud. Cū erumpuerint impii sicut fenum. & floruerint omnes qui operantur iniquitatem. ut intereant omnes usq; in sempiternum. Tu autem excelsus in eternum dne. Quoniam ecce inimici tui dne. quoniam ecce inimici tui peribunt. & dissipabuntur omnes qui operantur iniquitatem. Et exaltabitur sicut monocerotis cornu meum. & senectus mea in oleo uberi. Et respexit oculus meus eos qui insidiantur mihi. de his qui consurgunt adversum me malignantes audiet auris mea. Justus ut palma florebit. ut cedrus in libano multiplicabitur. Transplantati in domo dni. in atriis domus dei nostri germinabunt. Adhuc fructificabunt in senectute. pingues & frondentes erunt. Annunciantes quia rectus dns deus noster. et non est iniquitas in eo. Dns regnauit decorem. xcii.

Indutus est dns fortitudinem & accinctus est. etenim firmauit orbem qui non commouebitur. Firmum est solium tuum ex tunc. ab eterno tu es. Leuauerunt flumina dne. leuauerunt flumina uocem suam. Leuauerunt flumina fluctus suos. a uocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris. mirabilis in excelsis dns. Testimonia tua fidelia facta sunt nimis. domum tuam decet sanctitudo dne in longitudinem dierum. xciii.

Deus ultionum dne. deus ultionum ostendere. Exaltare qui iudicas terram. redde retributionem superbis. Usq; quo peccatores dne. usq; quo peccatores exultabunt. Fluent loquentur iniquitatem. loquuntur omnes qui operantur iniquitatem. Populum tuum dne humiliauerunt. & hereditatem tuam affligerunt. Viduam & aduenam interficient. & pupillos occident. Et dixerunt non uidebit dns. nec intelliget deus iacob. Intelligite insipientes in populo. & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem non audiet. aut qui finxit oculum non uidebit. Qui erudit gentes non arguet. qui docet hominem scientiam. Dns nouit cogitationes hominum. quoniam uane sunt. Beatus uir quem erudieris dne. & de lege tua docueris eum. Ut